



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

Divisio Materiae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

TRACTATIO SYNO-  
PTICA  
DE IUDICIIS

Ad Lib. II. Decretal. Gregorii IX.

*Divisio Materiae.*

**Q**UIA secundum Gl. in § igitur, ver.  
eadem, in proœmio Inst. Iustin. divi-  
sio in scientiis animum legentis mirifice  
incitat, mentem intelligentis præparat, &  
memoriam artificiosè reformat: ideo ma-  
teriam præsentem, quæ plurib⁹ Juris Ca-  
nonici locis, ut videre est in Sexto, Cle-  
mentinis, & Extravagantib⁹ copiosè spar-  
sa est, brevi conclusionem compendio in  
Studiosorum gratiam collegimus. Capi-  
ta autem Tractationis, hæc erunt:

Caput primum, de Judiciis in genere.  
Caput secundum, de Jurisdictione Judi-  
cis, ejusdem Jurisdictionis prorogatione  
& recusatione. Caput tertium, de Institu-

A tione

tione Ordinis Jūdiciarii. Caput quartū  
de Prosecutione eiusdem ordinis. Capu-  
quintum, de Terminatione ordinis Jūdi-  
ciarii. Caput sextum, de Forma proce-  
dendi in Jūdicio Criminali.

### C A P U T I.

#### DE NOTIONE JUDICII, PARTI- bus, divisione, causis, &c.

### C A S U S I.

**T**imoclea Thebana, Alexandri  
Thebas diruente, Hipparchum  
Thracem, lux insidiātem pudicitia  
deduxit ad hortum ubi puteus erat  
in quem quidquid habuisset aurum  
argenti se projecisse persuasit: quo  
ille petiturus cūm descendisset, ha-  
desuper saxis cum obruit. Ad Ale-  
xandrum delata & absoluta fuit: Se-  
quaritur an rite? Polienus lib. 8. Reso-  
lutio petitur ex num. 18.

**I**I. Caius Plotius, Tyro miles, ne-  
potem C. Marii tunc Romani Con-  
fulis & militiae Tribunum libidini  
impo-